



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1606. usque ad annum 1610

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1776

VD18 90118820

§. 87. Alberti Archiducis edicta pro tuenda Religione Catholica.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67222](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67222)

Sæc. XVII. dam ditionis suæ urbibus præcipue Mo-
 A. C. 1610. nachii exceperat.

§. LXXXVII.

*Alberti Archiducis edita pro tuenda
 Religione Catholica.*

Merc. Gal-
lobelg. t. 6.
Annal. l. 3.
Et lib. 33.

Ineunte Mense Januario anni post Chris-
 stum natum sexcentefimi decimi su-
 pra millesimum Albertus Austriæ Ar-
 chidux, ac Belgii Princeps, ut pro a-
 vito suo Religionis studio fidem Catho-
 licam sartam servaret, suosque subdi-
 tos ab omni hæresis fermento præmuni-
 ret, salutaria sane promulgabant editæ;
 cum enim post firmatas cum Foederatis
 inducias non sine animi sui mœrore in-
 telligeret, quod non pauci liberioris di-
 sciplinæ ac novitatum studiosi Antver-
 pia, atque ex aliis Belgii Urbibus ad
 Calvinistarum conciones confluerent, ne
 ex hac licentia Religioni Catholicæ de-
 trimentum accederet, sequens editum
 hanc in sententiam promulgari iussit.
 „Cum ad nostras aures pervenerit, a tur-
 „bulentis quibusdam Conciones, & no-
 „cturna conventicula haberi, vocesque
 „contumeliosas ad seducendos Catho-
 „licos spargi, hac in re nostro deesse of-
 „ficio haud possumus, nec volumus,
 „sed jubemus, ut quicumque in Foede-
 „ratorum ditione habitant, vel com-
 „mer-

„mercii aut quacunque alia de caussa Sæc. XVII.
 „eo veniunt, tam a factis quam verbis, A. C. 1610.
 „cantiunculis, disputationibus, aliis-
 „que omnibus ad scandalum & offen-
 „sionem Religionis Catholicæ tendenti-
 „bus, præprimis in cætibus illis tam in
 „ipforum Regionibus quam extra ab-
 „stineant, constituta arbitraria pœna
 „in delinquentes pro delicti ratione:
 „Interim tamen Unitarum Provincia-
 „rum subditis eam permittimus liberta-
 „tem, quæ octavo induciarum articulo
 „ipsis concessa est, dummodo ex præ-
 „scripto se gerant. Præterea vi arti-
 „culi vigesimi octavi omnibus, qui vo-
 „lunt, ex Unitis Provinciis in ipforum
 „ditionem dominium transferendi po-
 „testatem facimus, ea lege, ut Catho-
 „lice ibi vivant, & legibus ac Magistra-
 „tibus obtemperent: qui vero aliam,
 „quam Catholicam Religionem publice
 „profiteri ausus fuerit, tanquam indu-
 „ciarum, pacisque publicæ transgres-
 „sor plectatur. „

Alio etiam edicto die vigesima no-
 na Januarii promulgato idem Albertus
 severe inhibuit, ne in ejus ditionem
 libri, tractatus hæretici, cantilenæ,
 vel versus blasphemis, falsisque doctri-
 nis pleni, ac Catholicæ Religionis plane
 contrarii inveherentur, eapropter quos-
 dam deputabat, qui merces allatas

Sæc. XVII. iustrentur, & si quos ejusmodi libros
 A. C. 1610. repererint, illos publice comburant, in-
 flicta illis, qui ejusmodi libellos attu-
 lerint, pœna arbitraria, eos vero, qui
 clam tales tractatus, vel cantile-
 nas invexerint, flagris cædi, perpetuo
 proscribi, & si reversi fuerint, suspen-
 dio plecti jubebat, Parochis quoque &
 Concionatoribus injungens, ut Audi-
 tores suos serio ab ejusmodi contagio-
 sis libellis legendis absterreant. Ceterum
 quam necessaria fuerit ejusmodi edicti
 severitas, Lector ex præsentium tem-
 porum iniquitate dispiciet.

§. LXXXVIII.

*Maurorum Hispaniam incolentium
 perfidia.*

Ferreiras
hist. Hisp.
cont. t. II.
cap. 2.
Calmet Hist.
Univerf.
lib. 153.

Jam sæculo octavo Mauri seu Africæ
 Mahometani Hispaniam invaserant,
 quos tandem Ferdinandus Rex Catho-
 licus, Granata in suam potestatem red-
 acta, suo subdebat imperio, sub quota-
 men illi, qui in Hispaniis remanserant,
 nonnisi armorum vi tanquam mancipia
 contineri poterant: cum autem pro-
 gressu temporis nec fidelitatis suo Regi
 juratæ religio, nec fidei Catholicæ
 sanctitas, quam mala fide susceptam
 coacti profitebantur, illos a perfidis ab-
 sterreret consiliis, hinc pristinæ liber-
 tatis